

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

Jahr: 1743

Kollektion: Zoologica

Werk Id: PPN369546733

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546733> | LOG_0006

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546733>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

bene miscetur quam tenuiter etiam sit trita hæc rasura, quæ mox fundum petit, si non crassa ex hac componatur puls; quo modo autem Ebenum sit præparandum & adhibendum ad Collyria, ut pupilla depuretur, aciesque oculorum conservetur, ex Europæis constat libris. Contra puerorum abdomina dura & tumentia purum eligitur Ebenum supra porphyritim contritum cum aqua, pauxillo Anisi, Cumini, Coriandri, & Aluminis in pultis formam, quæ abdomini illinitur, quædam interim Nucis moschatæ grana cum tantillo salis, lactis cochleari infusa infanti propinantur.

Ebeni folia igni injecta strident vehementer, quæ comburuntur, ut strepitu suo glires, serpentes, aliæque fugent ex hortis animalia.

De Ebena in Madagascara crescente O. Dapperus in Africa sequentia scribit, ubi indigena lingua vocatur *Hazon Mainthie*, h. e. nigrum lignum, arborisque cor est, unde hoc Ebenum conligitur, ingens autem arbor est parvis gaudens foliis instar Myrti obscure viridibus, ejus cortex nigricat, atque tres vel quatuor ejus observantur species.

EXPLICATIO

Tabulæ Primæ,

Quæ ramum exhibet Ebeni vulgaris, ubi
Lit. A. ejus *florem tripetalum*.
B. Ejus *fructum*.
CC. *Officula seminalia* denotant.

OBSERVATIO.

De hoc ligno vide porro *Thef. nostr. Zeyl. pag. 91.* ubi ejus Synonyma, virtutesque medicatæ ex aliis porro auctoribus adnotantur, vocaturque hæc arbor Ebenus Indiæ Orientalis Fagi amplioribus foliis, Anonæ dulcis fructu coronato, magno eduli in *Plukn. Mantiss. p. 66. &c. Ebenus vulgaris*, ejusque species a *Valent. quoque pag. 222. commemorantur*, atque prior in *Tab. sub No. XLII. exhibetur*.

CAPUT SECUNDUM.

Ebenus Molucca. Caju Arang Ternate.

CInerea Ebenus Molucca majorem gerit truncum altioremq; illo Boeronensis, immo plerumque crassior est, comanque gerit latiore. Ejus cortex magis cinereus est, sed in vetustis arboribus maculas contrahit nigras, hujus speciei folia sunt multo longiora illis Boeronensis ultra novem nempe pollices longa, quatuor quinqueve pollices lata, ac superius latissima, ubi in brevem desinunt apicem, inferius autem angustiora, magisque læta virent quam præcedentis speciei, inferiore parte gilva sunt, ibique paucas intricatas ac vix notabiles gerunt venulas, superiore autem parte sunt glabra, & juxta medium nervum sulcata, quæ petiolis insident curtis & contortis, hæc autem folia sine ordine in ramulis locantur, quæ copiose circa ramos sese erigunt. Inferiora autem seu vetusta folia quinque modo sexve pollices sunt longa, vix tres digitos lata, obtuso apice & oris retrorsum flexa, in medio elevata, instar illorum vulgaris Ebeni, ita ut vetustissima & brevissima hujus speciei cum maximis & junioribus vulgaris conveniant, sunt autem tenuiora & flaccidiora quam in vulgari Ebena.

Foliorum sapor primo dulcis est, sed mox adstringens & amaricans observatur, quum in vulgari dulcior sit, sed in ejus vetustioribus arboribus credibile est, folia breviora, firmiora & rugosiora esse, præcedentis enim descriptio juxta juniorem arborem est formata, illa quoque fusca sunt instar vulgaris.

Flores

moetmen wasschen met een sterk afkookzel van de spaanderen dezès bouts; andere smeren 't fyn gevevene bout met water daarop, hoewel 't zig met 't water niet wel laat vermengen, hoe fyn 't ook geveven werd, maar dadelijk te gronde zinkt, of men moeste een dik papje daar van maken. Hoe men 't Ebbenhout bereiden en gebruiken zal tot oog-waters om den Oog-appel te reynigen, en het gezigt te verklaren, kan men zien in de Europeische boeken; tegens de geswollene buyken der kinderen neemt men ongebezigt Ebbenhout, en vryft het zelve op een steen met water, een weinig Anys, Comyn, Coriander, en een schyffe ajwyn, alles tot een papje, en smeert het op de geswollene buyk, men geeft het kind ook te drinken eenige greyntjes note-muschaten met een kortje zout, in een lepel vol melk.

De Ebbenbouts-bladeren in 't vuur geworpen, knerzen geweldig, en werden gebrand, om de rotten en ander ongedierte van slangen &c. uit de thuynen te verjagen.

Van 't Ebbenhout op Madagascara groeyende schryft O. Dapper in zyn Africa aldus: Het werd aldaar in de gemeene landtale genaamt *Hazon Mainthie*, dat swart hout wil zeggen, en is de boom, daar van 't Ebbenhout komt, welk het bert van den stam des booms is: Het is een groote boom met kleene bladen, gelyk die van Myrtbus, en donker-groen, de schors is swartachtig, daar is drie of vierderley slag.

UYTLEGGINGE

Van de eerste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van het gemeene Ebbenhout, Alwaar Letter A. deszelfs driebladige bloem.
B. Deszelfs vrugt.
C. C. de Zaat-korrels aantoonen.

AANMERKING.

Over dit hout ziet verders onze *Thef. Zeylan. pag. 91* alwaar deszelfs benamingen, en Medicinale kragten uit andere Schryvers verders aangetekent werden; en wert deze boom van *Plukn. in zyn Mant. pag. 66.* genaamt Oriëntaliche Ebben-boom, met het blad van de Beukenboom, dog grooter, en een groote gekroonde vrugt als van de zoete Anona, die ook eetbaar is &c. Het gemeene Ebbenhout en deszelfs zoorten werden mede by *Valentyn* vermeldt, en het eerste op de Plaat onder No. XLII. verbeeldt.

II. HOOFDSTUK.

Ternataans Ebbenhout.

DE grauwe Moluxe Ebbenhout-boom is van stam wel zo groot en hoog, als de Boeroneese, ja doorgaans wat dikker en met een breede kruyn: De schors is wat grauwer, maar gewint of krygt in de oude boomen ook breede swarte plekken; de bladeren aan dit geslagte zyn veel langer, dan aan 't Boeroneese, namentlyk negen duimen en meer lang, vier en vyf vingers breed, vooren breedst, met een korte spitze, naar agteren toefsmallende, ligter groen dan de voorige, van onderen na 't vale trekkende, en aldaar hebbende weinige verwerde, en pas merkelyke adertjes, boven glad, en langs de middel-zenuwe met een dooren, de steel kort, en wat gedraayt, de bladeren staan zonder order aan de ryskens, en dezelve veele rondom de takken; de agterste of oudste bladeren zyn maar vyf of zes duimen lang, schaars drie vingers breed, met een stompe spitze, ook een weinig met de kanten onderwaarts gebogen, in de midden buykig, gelyk die van 't gemeene Ebbenhout, zo dat de oudste en kortste van dit geslagte met de grootste en jeugdigste van 't gemeene overeenkomen, dog zy zyn dunder en slapper dan de andere.

De smaak is in 't eerste wat zoet, maar valt straxt zamentrekkende en bitterachtig, daarze aan 't gemeene zoeter is, aan de oude is het gelofelyk, dat namentlyk de bladeren nog korter, styver, en ruiger werden, want de voorgaande beschryving is van de jongen boom genomen, by dezelve ziet men ook de bruinigheid, gelyk aan de gemeene.

Blos.



Flores fructusque mihi hucusque ignoti sunt, uti & ab incolis Moluccas inhabitantibus non fuere observati. Ego saltem arbusculam anno 1667. ex Ternata adduci jussi, quam in horto meo transplantavi, quæ intra duodecim annorum spatium vix ad cruris crassitiem excrevit, nec flores nec fructus produxit, licet satis læte dein vigeret, e contra quibusdam in annis capitula quædam rotunda in ramis observavi instar Gallarum Quercus, sed non erant tuberculosa, hæc primo intuitu fructus esse arboris putabam, sed illa dissecans, nil aliud nisi insectum seu vermem in his detegens, comperiebam excrementum esse gallarum modo progerminantem, & licet multum inpendi laborem, ut ejus fructus ex Moluccis mihi compararem, frustraneus fuit, operamque peridi. Ex mea autem sententia hæc arbores non multum diversæ erunt a vulgari, quum reliquæ earum partes adeo sibi respondeant. Lignum itidem ad vulgare tam gravitate quam crassitie accedit: Frustra vero recti trunci paulo sunt leviora, sed ubi sunt nodosa, æque gravia sunt Boeronensi, immo graviora aliquando illa observavi, elaboratuque difficiliora: Hoc autem lignum non ubique nigrum est, sed obscure fuscum, cinereum, vel gilvum, nigris striis longitudinalibus distinctum, aliquando nigra prævalet pars, ac cinerea forma striarum vel macularum sese obfert.

Elaboratu & perdolatu hoc lignum difficilium est vulgari, quum magis crispum sit, ferramque hebetet, sed inter secandum aqua continuo ipsi adfundenda est, ne ferræ candescat. Et licet hoc lignum crudum a vero nigro multum differat, eundem tamen conquirat colorem, si cum atramento fricetur & poliatur, Boeronensique in ea repræstantius est, quod nempe non ita facile rimas agat, nec cor gerat inutile, licet arbores prolapsæ per gravem casum inferius ad aliquam distantiam findantur.

Nomen. Latine *Ebenus Molucca* & *Cinerea*. Belgice *Ternataans* of *grauw Ebbenhout*. Ternatice *Botolino*. In Celebe & Manado *Caju Wale*, utraque nomina vulgari etiam propria, quum mixtæ inter sese crescant arbores. Ambas has species distinguo, prima seu vulgaris mihi nominatur *Ebenus Parvifolia*, atque hæc *Ebenus Latifolia* seu *Femina*.

Locus. Ebenum hoc cinereum per omnes crescit insulas Moluccæ, sed plurimum in Banda, vicinisque Celebi insulis parvis seu in Provincia Manado, ac porro inter vulgare mixtum occurrit in Manado dicta, Sangy, & insulis Telausenibus, uti quoque in Halemahera, & Borealis Gelolo plagis, Morothia, & Moro, optimum vero in parvis reperitur insulis circa illa loca sitis.

Ufus. Si hoc lignum atramento fricetur & poliatur, adeo nigrescit, ut a vulgari dignosci nequeat, si vero naturæ suæ committatur, ac tantummodo poliatur, ex fusco cinereum est, & eleganter striatum venis ac maculis nigris, ita ut longe aliud putaretur esse lignum. Dum vero magna ligni quantitas abradenda sit, antequam æqualiter striata & venosa conquirantur frustra, multæque pallidæ & albæ intercurrent maculæ, hinc plerumque nigro totum inbuitur colore, ut homogeneous sit. Moluccarum & Manado incolæ hoc ligno non utuntur, nisi quod ex deciduis arboribus postes ædium forment ut & claustra, illorum enim securæ & cultri non valent has duras incidere vel elaborare arbores, unde & hæc suæ committuntur naturæ, inque tantam excrevant crassitiem, ut bini vix tresve viri has complecti possint; tumque asseres ex earum corde formari possunt tres vel tres cum dimidio pedes lati, ex quibus totæ cistæ, mensæ, similiaque formari possunt, quæ elegantioris sunt adspectus quam usus, cistæ enim ex hoc ligno fabricatæ illo laborant vitio, quod acidulum spirent odorem, linteaque chartæque in illis occlusæ semper quasi humidæ sint, ferreique clavi illis infixi semper humidi & rubiginosi, unde conducti tales cistæ interna sua parte obducere aliis tenuissimis ex alio sicco ligno confectis asserculis, quod vitium de cunctis Ebeni speciebus intelligendum est: In India vero tales cistæ argenteis clavis connectuntur, ut rubigo præveniat, quo autem minor metalli alicujus quantitas adhibetur, eo melius ligno conducit.

Binos

Bloemen en vruchten zyn my nog onbekent, gelyk ik ook versta, datze doen by de Inwoonders in de Moluccos zelfs. Immers ik heb een boompje Ao. 1667. uyt Ternaten laten komen, en in myn thuyne geplant, het welke in twaalf jaren niet dikker is geworden, dan een been, en 't welk ook geen bloemen of vruchten voortbragt, hoewel het weeldrig opschoot; daar en tegen heb ik in sommige jaren eenige ronde knoppen aan de takken gevonden, in de gedaante van gal-nooten, dog zonder pukkeltjes, die ik in 't eerste voor de vruchten aanzag, maar opsnijdende, en daar in niets dan een worm bevindende, bemerkte, dat het een by-gewas moest zyn, op de manier van de gal-appels voortkomende, en hoewel ik ook tot nog toe veele moeiten gedaan heb, om de vruchten uyt de Moluccos te bekomen, zoo is het niet te min vruchteloos uitgevallen. Na myn giffing moeten dezelve boomen niet veel van de gemeene verschillen, om dat de rest zo na over een komt. Het hout zo in swaarte als dikte, het gemeene meest gelyk zynde. De stukken uyt den regten stam vallen wel wat ligter, maar daarze quastig zyn, alzo zwaaar als 't Boeronex; ja ik heb het zomtyds swaarder bevonden, en ook moeylyker om te bewerken. Dit hout is niet doorgaande swart, maar donker-graauw, bruyn, of muisverwig, met swarte strepen in de lengte, zomtyds is de eene helft van een plank swart, en de andere helft grauw, zomtyds is 't swarte meest, en het grauwe in de gedaante van strepen of plekken.

In 't arbeiden en zagen is 't veel moeylyker dan het gemeene, om dat het warriger valt, en de zage stomp maakt, dog onder 't zagen moet men gedurig water daar op laten druipen, op dat de zaage niet beet wort. Of nu wel dit hout raauw zynde, van 't opregte swarte veel verschildt, zo krygt het nogtans de zelfste couleur, als 't met inkt gestreken, en gepolyst werd, en het overtreft het Boeronex daar in, dat het zoo ligt niet scheurt, nog een valsche hert heeft, hoewel de boomen in 't nedervallen, door den swaaren slag van onderen, ook een stukweegs scheuren.

Naam. In 't Latyn *Ebenus Molucca* en *Cinerea*: Op 't Duitsch *Ternataans* of *grauw Ebbenhout*. Ternatice *Botolino*. Op Celebes en Manado *Caju Wale*, beide namen met 't opregte Ebbenhout gemeen, om dat het vermengt met het zelve wagt. Ik zoude deze beyde geslagten onderscheiden, met het eerste of gemeene te noemen *Ebenus Parvifolia*, en dit *Moluxe Ebenus Latifolia* of *Ebenus Femina*.

Plaats. Dit graauwe Ebbenhout wagt door alle de *Moluxe Eilanden*, dog het meeste op Banda, en bygelegene kleyne Eilanden voor Celebes noordboek, of de *Provincie Manado*, en voorts gemengt met het gemeene Ebbenhout, in 't gemelde Manado Sangy, ende de Telaufe Eylanden, als mede op Halemahera, en de noorder-plaatsen van Gelolo, Morothia, en Moro, dog het beste valt op de kleene Eilanden daar rondom gelegen.

Gebruik. Als men dit hout met inkt bestrykt en polyst, zo werd het zo swart, dat men 't van het gemeene niet onderscheiden kan, maar als men het zo laat, gelyk het natuurlijk is, en slegts polyst, zo werd het donker-graauw, en fraay gestreept met swarte aderen of plekken, zo dat men het voor een geheel ander hout aanziet. Doch dewyl men veel hout verspillen moet, om het werk eenpartig geaderd te hebben, vermits 'er veele bleke en witte plekken onderlopen, zo werd het gemeenelyk swart geveest, en tot een couleur gebragt. De Inwoonders van de Moluccos en Manado weten dit hout tot niets te gebruiken, behalven datze zomtyds van de omgevallene boomen stylen tot baare huizen en pallizaden maken, want baare byltsen en boumessen zyn veel te gering, om deze steen-barde boomen om te kappen en te bearbeiten, dies dezelve ongemeent opwassen tot zodanigen dikte, datze twee of drie mannen pas omvademen kunnen, en men kan planken van 3 en 3½ voeten uit het hert krygen, daar men geheel massieve kisten, kantoren, en tafels van maaken kan, zynde kostelyker in 't oog, dan bequaam tot het gebruik, want de massieve kisten en kantoren van dit hout hebben die foute, datze goor rieken, het linnen en papier-werk daar in bewaart wordende, altyd vogtig doen schynen, en de yzere spykers daar in geslagen, gedurig doen sweeten en roesten, daarom is 't best, dat men ze van binnen met dunne plankjes van ander droog hout bekleet, 't welk ik van alle Ebbenhouten wil verstaan hebben. In Indien werden diergelyke kisten en cantoren meest met zilver beslagen, om het roesten voor te komen, en hoe minder metaal daar by komt hoe beter dat het is: Ik heb twee plankjes van dit hout

met